 Concipere uxores: quia sic loca sumere possunt
 Pectoribus positis sublatis semina lumbis.
 Ne molles opes sunt motus uxoribus hilum.
 Nam mulier prohibet se concipere atque repugnat
 Cluibus ipsa uiri uenerem si leta retractet.
 Atque ex offato cret omni pectore fluctus.
 Eiicit enim sultum recta regione uiaque
 Vomitis atque locis auertit seminis ictum.
 Idque sua causa consuerunt scorta moueri.
 Ne complerentur crebro grauida que iacerent.
 Et simul ipsa uiris uenus ut concinnior esset
 Coniugibus: quod nihil nostris opus esse uidetur.
 Nec diuinitus interdum uenerisque sagittis
 Deteriore fit ut forma muliercula ametur.
 Nam facit ipsa suis interdum femina factis
 Morigerisque moris & mundo corpore culta
 Ut facile inuasciat secum degere uitam.
 Quod super est consuetudo concinnat amorem.
 Nam leuiter quis quod crebro tunditur ictu
 Vincitur in longo spatio tamen atque labescit.
 Nonne uides etiam guttas in saxa cadentis
 Humoribus longo in spatio pertundere saxa.

T. Lucreti. C. de rerum primordia natura liber quartus finis
 Incipit eiusdem liber quintus de rerum primordia natura

Capitula sequentis libri quinti incipiunt

Plus hominibus profuisse qui sapientiam inuenerit: ut auctor
 narrat in hoc principio: quod cererem liberum hercule. h i i i

ne mollescere
 possunt
 cluibus

Colitur

Uenus concinnior

Muliercula

q3 p i i i

Animā ^{naturā} esse. Mundū & natiuum & mortalem
 esse. De solis & lunæ cursu. Mare cælum terra inte-
 ritura esse. Animum & animam non posse esse sine
 corpore. Mundum non esse a diis constitutum.
 Diuisio terræ uel uitium. Cui pars natiua sit: totum
 natiuum esse. De terra. De aqua. De aere siue
 anima. De igni & sole non potuisse chemerum gigni
 De lampade & lucerna nō posse gigni scintillā & similia
 eorum gigni. De edificiis quemadmodum intereant
 quomodo hominibus intricant uata sit deorum opinio.
 Quare natiua omnia dicta quemadmodum aurum.
 Quare æternitas esse possit & natiuum esse argentum
 & plumbum. De phœtonte solis filio. Origo mun-
 di & omnium rerū. Quēadmodum ferrū repertū sit
 De solis & lunæ magnitudine: & motu eorum: & quem-
 admodum nascuntur. De solis magnitudine. De
 calore solis. Democritus de sole. De lunæ cursu.
 De Ida uisio solis. De die longo: & nocte breui.
 De lunæ lumine. De anni temporibus. De solis &
 lunæ effectione. De nouitate rerū mundis & de dispo-
 sitione earū quæ in eo sunt. De centauris. De cylla
 De terra. De aqua seu uoce. Quēadmodum aurū
 & argentum & plumbum repertum sit. Quēad-
 modum ferrum inuentum sit.

Quis potis ē dignū pallētis pectore carmen
 Condere: pro rerum maiestatisq; repertis?
 Quisue ualet uerbis tantum qui fingere laudes
 Pro meritis eius possit: qui talia nobis
 Pectore parta suo quesitaq; premia liquit?
 Nemo ut opinor erit mortali corpore cretus.
 Nam sic ut ipsa petit maiestas cognita rerum
 Dicendum est. deus ille fuit: deus inclite memmi.
 Qui princeps uitæ rationem inuenit tam quę
 Nunc appelletur sapientia quiq; per artem
 Fluctibus e cantis uitam tantisq; tenebris
 In tam tranquillo & tam clara luce locauit. ^{aliorum}
 Cū set enim diuina illorum antiqua reperta. ^{confar}
 Namq; ceres fertur fruges liber liquoris
 Virigenilatione mortalibus instituisse. ^{Latrem}
 Cum tamen his posset sine rebus uita monere

Confar

Vt fama est aliquas etiam nunc uiuere gentis.

At bene non poterat sine puro pectore uiui.

Quo magis hic merito nobis deus esse uidetur.

Ex quo nunc etiam per magnas dedita gentis

Dulcia permulcent animos solatia uitæ.

Herculis antistare autem se facta putabis:

Longius a uera multo ratione ferere.

Quid ue meus enim nobis nunc magnus hiatus

Ille leonis abesset & horrens achadius sus?

Deniq; quid cret taurus: lecneaq; pestis

Hydra uenenaris posset uallata colubris?

Quid ue tripectora ter gemini uis geriona

Et Diomedis equi spirantes naribus ignem?

Tanto opere efficerent nobis stymphala colentes

Tirhatia bistoniaq; plagas atq; ismara propter?

Aureaq; hisperidum struans fulgentia mala

Asper acerba tuens immani corpore serpens

Arboribus amplexus serpens: quid deniq; obesset

Oceanum propter licetus palagicq; sonora.

Quo neq; noster adit quisquam nec barbarus audet?

Cætera de genere hoc que sunt portenta perempta

Si non iuncta forent qui tandem uiua nocerent

Nil ut opinor ita ad fatiætem terra ferarum

Nunc etiam sentit & trepido terrore repleta est.

Per nemora ac montes magnos siluasq; profundas

Que loca uitandi plerumq; est nostra potestas.

Ac nisi purgatum sit pectus que prælia nobis

Atq; pericula sunt ingratis insinuandum.

Quantæ quæ scindunt hominem cupidines acres?

Sillicitum curæ quantiq; perinde timores?

Quid ue superbia spurcitiæ ac peculantia quantas

Efficiunt clades: quid luxus desidia equi?

Hec igitur qui cuncta sub egrit ex animoq;

Expulerit dictis. non armis: nonne decebit

Hunc hominem numero diuum dignari esse

Cum bene presertim multa ac diuinitus ipsis

Immortalibus e diuis dare dicta fuerit.

Atq; omnem rerum naturam pandere dictis.

Cuius ego ingressus uestigia dum rationes

Persequor ac doceo dictis quo quaque creatæ

Fœdere sint in eo quæ sic durare necessum

Vim for. uita
est.

u. uenientia

nimius

Labores hinc

archadus

creta

Tuens
serpens.

atr

at nostru

uicta

scant

confundit

sol

pro

Ad Saracum

Nec ualidas ualeant aevi rescindere leges.

Anisnam naturam esse *naturam*

• Quo genere in primis anima natura reperta est.

Natio primum consistere corpore creta.

Nec posse in columnen magnum durare per aeuom.

Sed simulachra solere in somnis fallere mentem:

Cernere quoniam uideantur eum quem uita reliquit. *uideantur*

Mundum & natum & mortalem esse

Quod super est nunc huc rationis detulit ordo:

Vt mihi mortali consistere corpore mundum

Natiuamq; simul ratio retunda sic esse. *reddunda*

Et quibus ille modis congressus materiai

Fundarit terram: caelum: mare: sydera: solem:

Lunaiq; globum: tum tellure animantes *qua*

Extiterint: quae nullo sint tempore natae.

Quo ue modo genus humanum uariante loquela

Coeperit inter se *noti* nomina rerum. *nosce p. et uerbi for*

• Et quibus ille modis diuum metus instruunt *infirmavit*

Pectora terrarum qui morbi sancta tuctur *quin*

Fama lacus lucos aras simulachraq; diuum. *Fama*

De solis & lunae cursu

Præterea solis cursus lunaeq; meatus

Expedit: qua ui flectat natura gubernans.

Ne forte hoc inter caelum terramq; reamur

Libera sponte sua cursus lustrare perennis

Morigera ad fruges augendas atq; animantis.

Neue aliqua diuum uolui ratione putemus

at nam uene Nam uene qui didicere deos securum agere auum *dixero*

Si tamen interea mirantur qua ratione

Queque geri possint presertim rebus in illis

Que supra caput aetheris cernuntur in oris.

Rursus in antiquas referuntur religiones

Et dominos acris asciscunt omnia posse

Quos miseri credunt ignari quid queat esse

Quid naqueat finita potestas deniq; cuiq;

Qua nam sit ratione atq; alte terminus herens

Quod super est ne te in promissis plura mouemur.

Mare caelum terra interitura

Principio maria & terras caelumq; tuere

Quorum naturam triplicem tria corpora memini

Tris species tam dissimilis tria talia texta

Vna dies dabit exitio: multosq; per annos
 Sustentata tuet moles & machina mundi.
 Nec me animi fallit quam res noua mira; menti
 Accidit exitium cæli terræq; futurum.
 Et quam difficile id mihi sit permittere dictis. *p uincere*
 Vt sit tibi in solitum rem ad portas auribus ante *ubi*
 Nec tamen hanc possis oculorum subdere uisu
 Nec iacere indumanus uia quam in unica fidei *munera*
 Proxima fert humanum in pectus templaq; mentis.
 Sed tamen effabor dictis. dabit ipsa fidem res
 Forsitan. & grauius terrarum motibus ortis
 Omnia conuassari in paruo tempore cernes.
 Quod procul a nobis flectit fortuna gubernans
 Et ratio potius q̄ res persuadet ipsa.
 Succedere horridono posse omnia uicta fragore
 Quam prius adgrediar: quam de re fundere fata
 Sanctius & multo certa ratione magis quam
 Thyas que tripede a phœbi lauroq; profatur.
 Multa tibi expediam dictis; sollatia dictis.
 Religione refrenatus: ne forte rearis
 Terras & solem & cælum mare sydera lunam
 Corpore diuino debere æterna meare.
 Propterea quo putes ritu pars est gigantum *esse*
 Pendere eos pœnas immani pro scelere omnis
 Qui ratione sua disturbent mœnia mundi.
 Preclarumq; uelint cæli restringere solem.
 Immortalia mortali sermone notantes.
 Que procul usq; adeo diuino animi lastent. *a numine distent.*
 Inq; deum numero que sint indigna uideri.
 Notitiam potius prebere ut posse putentur.
 Quid sit in tali motu sensuq; remotum.
 Quippe & enim non est cum quo uis corpore ut esse
 Posse animi natura putetur consiliumq;. *conclium q;*
 Sicut in æthere non arbore non æquore falso
 Nubes esse queunt: neq; pisces uiuere in aruis
 Nec cruor in lignis: neq; saxis cruor inesse *succus*
 Certum ac dispositum est ubi quicquid crescit & insit.
 Animū & animā nō posse sine corpore esse.
 Sic animi natura nequit sine corpore oriri
 Sola neq; a neruis & sanguine longius esse.
 Quod si posset enim multo prius ipsa animi uis

*visu indandi
casu*

natura

pignora

Fides

Erras Lucan

In capite aut humeris aut in imis calcibus esse
 Posset & innasci quis in parte solet. *quavis*

Tandem in eodem homine atque in eodem vase manere.

Quod cum nostro quoque constat corpore certum *quonia at qdo*

Dispositumque uidetur ubi esse & crescere possit.

Seorsum anima atque animus tanto magis inficiandum

Totum posse extra corpus formamque animalem

Putribus in glebis terrarum aut solis in igni

Aut in aqua durare aut altis ætheris oris.

Haud igitur constant diuino prædita sensu.

Quando quidem nequeunt uitaliter esse animata.

Mundum non esse a diis constitutum

Illud autem non est ut possis credere sedes

Esse deum sanctas in mundi partibus ullis.

Tenuis enim natura deum longeque remota

Sensibus a nostris animi uix mente uidetur.

Quæ cum manuum tactum suffugit & ictum *quonia*

Tactile nil nobis quod sit contingere debet.

Tangere enim non quit quod si tangi non licet ipsum.

Quare etiam sedes quoque nostris sedibus esse

Dissimiles debent tenues de corpore eorum.

Que tibi posterius largo sermone probabo.

Dicere porro hominum causa uoluisse parare

Perclaram mundi naturam. proptereaque *q*

Ad laudabile opus dium laudare decere.

Aeternumque putare atque immortale futurum.

Nec fas esse deum quod sit ratione uetusta

Gentibus humanis fundatum perpetuo æuo

Sollicitare suis illum ex sedibus unquam. *ulla ni ates illud*

Nec uerbis uexare & ab uno euertere summa. *omo*

Cætera de genere hoc affingere & addere memini

Desipere est. quid enim immortalibus atque beatis

Gratia nostra queat largiri emolumentum.

Vt nostra quicquid causa gerere aggredientur? *quicq*

Quidue noui potuit tanto post ante quietos

In licere uic cuperent uitam mutare priorem. *ut*

Nam gaudere nouis rebus debere uidetur

Cui ueteres obsunt: sed cui nil accidit egri

Tempore inante acto cum pulchre degeret æuam.

Quid potuit nouitas amorem accendere tali?

Quid ue mali fuerat nobis non esse creatis?

An credo in tenebris uita ac merore iacebat
Donec diluxit rerum genitalis origo
Natus enim debet quicumque est uelle manere
In uita donec retinebit blanda uoluptas.
Qui nunq̄ uero uitæ gestauit amorem
Nec fuit in numero quid obest non esse creatum?
Exemplum porro gignandi rebus & ipsa
Notities hominum diuisum deest insita primum
Quid uellent facere ut scirent animoq; uiderent.
Quoue modo st unq̄ uis cognita principiorum
Quidq; inter se permutato ordine possent.
Si non ipsa dedit spetiem natura creandi.
Namq; ita multimodis multis primordia rerum
Ex infinito iam tempore percita plagis
Ponderibusq; suis consuerunt concita fieri. *ferris*
Omnimodisq; coire atq; omnia pertentare
Quecunq; inter se possint congressa creare
Ut non sit mirum si uitales disposituras
Deciderunt quoq; & in talis uenere moestus. *meatus*
Qualibus hæc rerum geritur nunc summa nouando
Quod iam rerum ignorem primordia que sint. *nunc*
Hoc tamen ex ipsis caeli rationibus ausim
Confirmare aliisq; ex rebus reddere multis
Ne quaq̄ nobis diuinitus esse paratam
Naturam rerum. tanta stat prædita culpa.

Diuisio terræ uel uitium *imitus*

Principio quãtum caeli tegit impetus ingens.
Inde auidam partem montes silueq; ferarum
Possedere tenent rupes uastæq; paludes
Et mare quod late terrarum destinat oras.
Inde duas porro prope partis feruidus ardor
Assiduusq; geli casus mortalibus aufert.
Quod super est aruitamen id natura suauis
Sentibus obducatur uis humana resistat. *ni*
Vitai causa ualido consueta bidenti.
Ingemere & terram pressis proscindere aratris.
Si non fecundas uertentes uomere glebas
Terraicq; solum subigentes stimus ad ortus *cimus*
Sponte sua nequeant liquidas existere in auras
Et tamen interdum magno quæsitâ labore
Cum iam per terras frondent atq; omnia florent.
Aut nimis torret feruoribus aetherius sol.

diuis un est

si

*De Zonis
intelligit*

Exurgere

Aut subiti perimunt imbres gelidæq; pruina.
 Flabraq; uentorum uiolento turbine uexant.
 Præterea genus horrifera natura ferarum
 Humanæ genti in festum terraq; mariq;
 Cur alit atq; auget: cur anni tempora morbos
 Adportant: quare mors immatura uagatur.
 Tum porro puer ut seuis proiectus ab undis
 Nauta nudus humi iacet infans indigus omni
 Vitali auxilio cum primum in luminis oras
 Nixibus ex aluo matris natura profundit.
 Vagituq; locum lugubri complet ut aequum est
 Cui tantum in uita restet transire malorum:
 At uariæ crescunt pecudes: armenta feræq;
 Ne crepitaculis opus est: nec cuiq; adhibenda est
 Alme nutricis blanda ac infracta loquela.
 Nec uarias quærunt uestes pro tempore caeli.
 Deniq; non armis opus est: non mœnibus altis.
 Qui sua tutentur: quando omnibus omnia large
 Tellus ipsa petit naturaq; dædala rerum.
 Principio quom^m terrai corpus & humor
 Aurarumq; leues animæ calidiq; uapores
 Equibus hæc rerum consistere summa uidetur.
 Omnia natiuo ac mortali corpore constant
 Debet eadem omnis mundi natura putari.

*de mysteria mor-
taliu*

*¶ tamen
Nec respiciant illis*

quis

*parit
¶ quando*

Cui pars natiua sit: totum natiuum esse.

Quippe & enim quorū partis & mēbra uidem⁹
 Corpore natiuum mortalibus esse figuris.

Hec ferme mortalia cernimus esse: *eadem*
 Et natura simul. quapropter maxima mundi *¶ natura*
 Cum uideam membra ac partis consumpta regigni.
 Scire licet caeli quoq; idem terræq; fuisse
 Principale aliquod tempus: eademq; futuram
 Illud in his rebus ne corripuisse reatis
 Memini quod terram atq; ignem mortalia sumpsi
 Esse. neq; humorem dubitavi haurasq; perire.
 Atq; eadem gigni rursusq; augescere dixi.

De terra

Principio pars terrai nonnulla perusta
 Solibus adsiduis: multa pulsata pedum ui
 Polueris exalat nebulam nubescq; uolantis.
 Quas ualidi toto dispergunt aere uenti.
 Pars etiam glebarum ad diluuiem reuocatur. *¶ diluuiem*

Imbribus & ripas radentia flumina rodunt
 Præterea pro parte sua quodcunque alit auget
 Redditur ut quom dubio procul esse uideatur
 Omniparens eadem rerum commune sepulchrum.
 Ergo terra tibi libatur & aucta rectescit.

De aqua

Quod sup est hūore nouo mare flumina fontes
 Semper abundare & latices manare perennis.
 Nil opus est uerbis magnus decursus aquarum
 Vndiq; dedarat: sed primum quicquid aquai
 Tollitur in summa quæ fit ut nihil humor abundet
 Parti quod ualidi uerrentes equora uenti
 Dimminuunt radiisq; retexens æthereus sol.
 Partim quod subter per terras diuiditur omnis
 Percolatur enim uirtus utroq; remanat
 Materies humoris & ad caput amnibus omnis
 Conuenit. inde super terras fluit agmine dulci
 Qua uia secta semel liquido pede retulit undas.

De aere siue anima

Aera nunc igitur dicam quid corpore toto
 Innunerabiliter priuas mutatur moras.
 Semper enim quodcunque fluit de rebus id omne
 Aeris in magnum fertus mare qui nisi contra
 Corpora retribuat rebus recreatq; fluentis
 Omnia iam resoluta forent & in aera uersa
 Haut igitur cessat gigni de rebus & in res
 Recidere assidue quom fluere omnia constat.

De igni & sole

Largus item liquidi fons luminis ætheris sol
 Inrigat assidue cælum candore regenti.
 Suppeditatq; nouo confestim lumine lumen.
 Nam primum fulgoris disperit ei
 Quocunq; accidit id licet hinc cognoscere possis
 Quod simul ac primum nullos succedere soli
 Corpore & radios inter quasi rumpere lucis.
 Ex templo inferior pars horum disperit omnis.
 Terraq; inumbratur qua nimbi cuique feruntur.
 Vt noscas splendore nouo res semper egere
 Ut primum iactum fulgoris quenque perire.
 Nec ratione alia res posse in sole uideri
 Perpetuo in suppediter lucis caput ipsum.

De lampade & lucerna

Et quonia

declinat

uirus

quonia

eiuf

ceperit

ni

Quam etiam nocturna tibi terre stria que sunt.
 Lumina pendentes lychni claræq; coruscis
 Fulguribus pigues multa caligine taedæ
 Consimili proferant ratione. ardore ministro
 Suppeditare nouum lumen tremere ignibus instant.
 Instant. nec loca lux inter quasi rupta relinquit.
 Usq; adco properanter ab omnibus ignibus eius
 Exitium celeri toleratur origine flammæ.
 Sic igitur solem lunam stellasq; putandum
 Ex alio atq; alio lucem iactare sub ortu.
 Et primu quicquid flammam perdere semper
 Inuiolabilia hec nec credas forte uigere.

De edificiis quemadmodum intereant.

Deniq; non lapides quoq; uinci cerni ab æuo.
 Non altas turris ruere & putrescere saxa.
 Non delubra deum simulachraq; fessa fatisci.
 Nec sanctum numen fati procellere finis
 Posse. neq; aduersus naturæ fœdera niti.
 Deniq; non monumenta uirum dilapsa uidemus.
 Querere pro porro sibi ^{cumq;} senescere credas
 Non ruere auulsos silices a montibus altis.
 Nec ualidas æui uires perferre pati.
 Finiti. neq; enim caderent auolsa repente
 Ex infinitoq; ^{quo} tempore pertollerassent
 Omnia tormenta ætatis priuata fragore
 Deniq; iam tuere hoc circum supra quod omne
 Continet amplexu: terram: procreat ex se ^{quod}
 Omnia: quod quidem memorant: recipitq; perempta.
 Totum natiuum materiali corpore constant. ^{movealy}
 Nam quodcunque alias ex se res auget alitq;
 Deminui debet: recreari cum recipit res.

Quare natiua omnia dicat.

Præterea si nulla fuit genitæ origo
 Terrarum & cæli semperq; æterna fuere.
 Cur supra bellum thebanum & funera troiæ
 Non alias aliâsq; res tenuere poetæ? ^{aly quoq; res cecidit.}
 Quo tot facta uirum totiens cecidere: neq; usq; ^{neq; usq;}
 Aeternis famæ monumentis insita florent?
 Verum ut opinor habet nouitatem summa. recensq;
 Natura mundist. neq; pridem exordia cœpit.
 Quare etiam quædam nunc artes expoliuntur.
 Nunc etiam auulescunt. nunc addita nauigiis sunt.

melior

Melios sonores

Multa modo organici melicos peperire sonores.

Deniq; natura hæc rerum ratioq; reperta est

Nuper & hanc primus cum primis ipse repertus :

Nunc ego in patrias qui possim uertere uoces.

Quod si forte fuisse ante ac eadem omnia credis

peruisse
cecidisse

Sed perisse omnium torrenti secla uopore.

bohmia

Aut credidisse urbis magno uexamine mundi.

vexamine mundi

Aut ex imbris assiduis exisse rapaces

Per terras amnes: ac oppida coperuisse.

Tanto quippe magis uictus fateare necesse est

Exitium quoq; terrarum cæliq; futurum.

Nam cum res tantis morbis tantisq; periclis

Tentarentur: ibi si tristior incubisset

Causa: darent late cladem magnasq; ruinas.

Nec ratione alia mortales esse uidemur

Inter nos: nisi quod morbis egrescimus idem.

quos

Atq; illi quod auita natura remouit.

Quare æternitas esse possit.

Præterea quecunque manent æterna necesse est

Aut quia sunt solido cum corpore respuere ictus.

Nec penetrare pati sibi quicquã quod queat artas (ætas

Dissociare intus partis ut materiai

aut

Corpora sunt: quorum naturam ostendimus ante.

Ante ideo durare ætatem posse per omnem

Plagatum: quia sunt expertia sicut inane est.

intactum

Quod manet uitandum neq; ab ictu figitur hilum.

fragitur

Aut etiam: quia nulla loci sit copia circum.

Quo quasi res possint discedere dissoluiq;.

Sicut summarum summa est æterna neq; extra

Qui locus est quo dissiliant: neq; corpora suntque

Possint incidere & ualida dissoluere plaga.

At neq; uti docuit: solido cum corpore mundi

quum

Natura est quom admixtum est in rebus inane.

Nec tamen est ut inane: neq; autem corpora desunt

Ex infinito que possint forte coperta

Corruere hanc rerum uiolento turbine summam.

Aut

Et alia quis cladem importare pericli.

Nec porro natura loci spatiumq; profundi

Deficit. expargi quo possunt moenia mundi.

Aut alia quauis possint ui pulsa perire.

Haud igitur læti preclusa est ianua caelo.

Nec soli terræq; nec altis æquoris undis.

*Et natura ee quod sit
mortalis:*

Sed patet immani & uasto respectat hiatu:

Quare etiam natura necessum est confiteare

Hec eadem: neq; enim mortali corpore que sunt

Ex infinito iam tempore adhuc potuissent

Immensi ualidas æui contemnere uires:

Deniq; tantopere inter se cum maxima mundi

Pugnent membra nequaquam concita bello

Nonne uides aliquam longi certamine solis

Collis

Posse dari finem: uel cum solet uapor omnis

Omnibus epotis humoribus exuperarint

Quod facere intendunt neq; adhuc conata patrantur

Omnia diluuiare ex alto gurgite ponti.

Tamni suppediant amnis

Ne quicquam quom uertentes æquora uenti

ultraq; mirantur

Diminuunt radiis retexens æthereus sol.

quomiam

Et siccare prius confidunt omnia posse

Quam liquor incepti possit contingere finem:

Tantum spirantes æquo certamine bellum

Magnis de rebus inter se cernere certant.

Cum semel in terra fuerit superantior ignis

ats mirra

Et semel ut fama est humor regnauit in aruis.

Ignis enim superauit & ambiens multa perussit.

Ambone p ambrosius

De phœtonte solis filio

Auia cum phœtonta rapax uis solis æquorum

Aethere raptauit toto terrasq; per omnis

At pater omnipotens ira tum percitus acri

Magnanimu phœtona

Magnanimum phœtonta repenti fulminis ictu

Deturbauit equis in terram: solq; cadenti

Obuius æternam suscepit lampada mundi.

Disiectosq; redegit equos iunxitq; trementes.

Inde summi par iter recreauit cuncta gubernans.

sum piter

Scilicet ut ueteres graium (gratum) cecinere poetæ.

Quod procul aueris animis est ratione repulsum.

Ignis enim supare potest ubi material

Ex infinito sunt corpora plura coarta.

Inde cadunt uires aliqua ratione reiunctæ.

ruuta

Aut pereunt res exusta torrentibus auris.

Humor item quodam coepit superare coortus

Vt fama est hominum multos quando obruit undis

urbes

Vnde ubi uis aliqua ratione auersa recessit

Ex infinito fuerat quecunque coorta

Constiterunt imbres & flumina uim minuerunt.
Sed quibus ille modis coniectus materiai
Fundarit terram & caelum pontiq; profunda
Solis lunæ cursus ex ordine ponam. *promam*

Origo mundi & omnium rerum

Nam certe neq; consilio primordia rerum

Ordine queque suo sagaci mente locarunt.

Nec quos queque darent motus pepigere profecto.

Sed quia multa modis multis primordia rerum

Ex infinito iam tempore percita plagis

Ponderibusq; suis consuerunt concita ferri.

Omnimodisq; coire atq; omnia pertentare

Quecunq; inter se possent congressa creare

Propterea fit uti magnum uolgata per æuum

Omnigenos coetus & motus experiundo

Tandem conueniant eaq; conuenta repente

Magnarum rerum fluunt exordia sæpe

Terrai moris & caeli generisq; animantum.

Hic neq; tum solis rota cerni lumine largo

Alte uolans poterat nec magni sidera mundi

Nec mare nec caelum: nec deniq; terra nec aer

Nec similis nostris rebus res ulla uideri.

Sed noua tempestas quædam molesq; coorta

Diffugere inde loci partes coepere paresq;

Cum paribus iungi res & discludere mundum

Membraq; diuidere & magnas disponere partes

Omnigenis e principiis discordia quorum

Interualla uias: connexus pondera: plagas:

Concursus: motus ^{con} turbabat proelia miscens

Propter dissimilis formas uariasq; figuras:

Quod non omnia sic poterant coniuncta manere.

Nec motus inter se sedare conuenientis.

Hoc este terris altum secernere caelum

Et sursum mare uti secreto humorq; pateret.

Seorsus item: puri secretiq; ætheris ignes.

Quippe & enim primum terrai corpora queque

Propterea quod erant graua & perplexa coibant

In medio. q; imas capiebant omnia sedes

Que quanto magis inter se perplexa coibant.

Tam magis expressere ea que mare: sydera: solem

Luna nq; efficerent & magni moenia mundi.

iz

lunari

seorsu

atq;

Omnia enim magis hec & leuibus atq; rotundis
 Seminibus. multoq; minoribus sunt elementis
 Quam tellus. ideo per rara foramina terra
 Partibus erumpens primas se substulit æther.
 Signifer & multos secum leuis abstulit ignis.
 Non alia longe ratione ac sæpe uidemus.
 Aurea quæ primum gementis rotæ per herbas
 Matutina rubent radiati lumina solis.
 Exalantq; lacus nebulam fluuiisq; per hemes.
 Ipsaq; ut interdum tellus fumare uidetur
 Omnia que sursum quæ conciliantur in alto
 Corpore concreto sub texunt nebula cælum.
 Sic igitur tum se leuis ac diffusilis æther
 Corpore concreto circumdatus undiq; sepsit.
 Et late diffusus in omnis undiq; partis
 Omnia sic auido complexu cætera sepsit.

De solis & lunæ magnitudine: & motu eorū

Et quemadmodum nascuntur

Nunc exordia sunt solis lunæq; sequita.

Inter utraq; globi quorum uertuntur in aris.

Que neq; terra sibi asciuit ut maximus æther.

Quod neq; tam fuerunt graua ut depressa sederent.

Nec leuia ut possent per summas labier oras.

Et tamen inter utraq; ita sunt ut corpora uiua

Uersent: & partes ut mundi totius extent.

Quod genus in nobis quedam licet institutione

Membra manere quæ sint ea que moueantur.

His igitur rebus retractis terra repente

Maxima qua nunc se ponti plaga cæcula tendit

Succidit: & falso suffodit gurgite fossas:

Inq; dies quanto curam magis ætheris æstus

Et radiis solis cogebant undiq; terram

Verberibus crebris extrema ad lumina partem

In medio ut propulsa suo condensa coiret

Tam magis expressus de corpore sudor

Augebat mare manando camposq; natantis

Et tanto magis illa foras elapsa uolebant

Corpora multa uaporis & aeris altaq; cæli

Densabant procul a terris fulgentia templa

Sidebant campi: crescebant montibus altis.

Ascensus: neq; enim poterant sub sidera saxa.

diffusilis æther

hinc

rore

in statione

immota

per guttura

circum

subtus

subsidere

Nec pariter tantundem omnes succumbere partis.
 Sic igitur terræ concreto corpore pondis
 Constitit: atq; omnis mundi quasi limus in imum
 Confluxit grauis & sub sedit funditus: ut fex.
 Inde mare: inde aer: inde æther ignifer ipse
 Corporibus liquidis sunt omnia pura relictæ.
 Et leuior aliis aliæ: & liquidissimus æther
 Atq; leuissimus aeris super influit auras,
 Nec liquidum corpus turbantibus aeris auras
 Commisti sunt hæc uiolentis omnia uerti
 Turbinibus sunt incertis turbare procellis.
 Ipse suo signis certo fert impete labens.
 Nam modice fluere atq; uno possit æthera nisu
 Significat ponto mare certo quod fluit aestu
 Vnam labendi construansq; usq; tenorem.
 Motibus astrorum nunc quæ sit causa canamus
 Principio magnus cæli si ueritur orbis
 Ex utraque polum parte premere æra nobis
 Dicendum se ex utraque tenere & claudere utrinque
 Inde alium supra fluere atq; intendere eodem.
 Quo uoluenda micat æterni sydera mundi:
 Aut alium subter contra quis subuehat orbem.
 Ut fluuius uersare rotas atq; austra uidemus.
 Est etiam quoq; uti possit cælum omnia manere
 In statione tamen quum lucida signa ferantur.
 Siue quod inclusi rapidi sunt ætheris aestus.
 Querentesq; uiam circumuersantur & ignes
 Passim per cæli uoluunt sub mania templa.
 Siue aliunde fluens alicunde extrinsecus aer
 Versata gens ignis siue ipsi serpere possunt
 Quo cuiusque cibus uocat atq; inuitat euntes.
 Flammea per celum pascentis corpora passim
 Nam quid in hoc mundo sit eorum ponere certum
 Difficile est: sed quid possit fiatq; per omne
 In uariis mundi uaria ratione creatis
 Id doceo, plurisq; sequor disponere causas
 Motibus astrorum: que possint esse per omnem.
 Equibus una tamen sit & hæc quoq; causa necesse est
 Quæ uigeat motum signis: sed quæ sit earum
 Præcipere hæud quæ sunt pedetentim progredi
 Terraq; ut in media mundi regione quiescat

Comisci sunt
 sunt
 suos ignis

construunt

est

hæc
 p. trambræ

summa

vaut vnt

Austra

hæc mania

progrechens

p subter.

~MMX

Evanescere paulatim & decrefcere pondus
 Conueniat atq; aliam naturam super habere
 Ex ineunte aeuo coniuñctam atq; uniter aptam
 Partibus aeriis mundi quibus infita iudit. *uinit.*
 Propterea non est oneri neq; deprimat auras.
 Vt sua cuique homini nullo sunt pondere membra
 Nec caput est oneri collo nec deniq; totum
 Corporis in pedibus pondus sentimus inesse /
 At quacuncq; foris ueniunt in postaq; nobis
 Pondera sunt ledunt permulto saepe minora.
 Vsq; adeo magni refert quid quæque queat res.
 Sic igitur tellus non est aliena repente
 Allata atq; auris aliunde obiecta alienis.
 Sed pariter prima concepta ab origine mundi
 Certa q; pars eius quasi nobis membra uidentur.
 Præterea grandi contra concussa repente *tonitru*
 Terra supra que sunt concutit omnia motu *q; se sunt*
 Quod facere haud ulla posset ratione nisi esset
 Partibus æcri mundi caelo que rei iuncta. *æreis iuncta*
 Nam communibus inter se radicibus herent
 Ex ineunte aeuo coniuñcta atq; uniter aucta.
 Nonne uides etiam q; magno pondere nobis
 Sustineat corpus tenuissima uis animat.
 Propterea quedam coniuñcta atq; uniter apta est. *q; tam*
 Deniq; iam saltu pernice tollere corpus
 Quis potis e nobis nisi uis animæ quæ mēbra gubernat /
 Iam ne uides quantum tenuis natura ualere
 Possit: ubi est coniuñcta graui tam corpore ut aer
 Coniuñcta *ut* terris & nobis est animi uis.

Terra quæ

De solis magnitudine

Nec nimio solis maior rota nec minor ardor
 Esse potest nostris q; sensibus esse uidetur.
 Nam quibus e spatiis cunque ignes lumina possunt
 Allicere & calidis *um* membris adflare uaporem.
 Nihil nisi interuallis de corpore librant
 Flammæ nihil ad spetiem est contractior ignis
 Perueniunt nostros ad sensus & loca fulgent. *7 uarior*
 Forma quoq; hinc solis debet illumq; uideri.
 Nihil adeo ut possis plus aut minus addere uere.
 Proinde calor quom solis lumenq; profusum *q; quom*
 Perueniunt nostros ad sensus & loca fulgent.

~MMX

Lunaq; siue notho fertur loca lumine lustrans.

Siue suo proprio iactat de corpore lucem:

Quicquid id est nihil offertur maiore figura.

Quam nostris oculis qua cernimus esse uidetur.

Nam prius omnia que longe semota tuemur

Aera permultum spetie confusa uidentur.

Quam minimum filum. quapropter luna necestest

Quando quidem claram spetiem certamq; figuram.

Præbet ut elteris extremis cunq; notata

Quamtaq; sunt
tanta

Quanto quoq; quanta sunt hinc nobis uideatur in alto

Postremo quoscunque uides hinc ætheris ignes.

Quando quidem quoscunque interis cernimus. horum!

Dum tremor clarus dum cernitur ardor eorum

Per parum quiddam interdum mutare uoletur

Alteramultram in partem filum quo longius absit.

De calore solis

Illud item non est mirandum qua ratione

Tantulus ille queat tantum sol mittere lumen

Quod maria ac terras omnis cælumq; rigando

Compleat: & calido perfundat cuncta uapore.

Scire licet per quam pauxillo posse minores

Esse uel exigua maiores parte breuiq;

Quanta queque sunt tanta hinc nobis uidentur in alto.

modi

Nam licet hinc multi patefactum totius unum

Largifluum fontem statere atq; erumpere lumen

Ex omni mundo qua sic elementa uapore

Vndiq; conueniunt & sic coniectus eorum

Confluit ex uno capite hic ut proflua ardor.

Nonne uides etiam q̄ late paruus aquai

Prata riget fons interdum camposq; redundet.

Est etiam quoq; uti non magno solis ab igni

Aera precipitat calidis feruoribus ardor.

Oportunus ita est si forte & idoneus aer

Vt queat accendi paruis ardoribus ictus.

Quod genus interdum segetes stipulamq; uidemus

Accendere ex una scintilla incendia passim:

Forsthan & rosea sol alte lampade lucens

Possideat multum cæcis feruoribus ignem.

Circum se nullo qui sit fulgure notatus

Aestiferi notantur radiorum exaudiat ictum exiguat

Aestifer ut tam

Nec ratio solis simplex ac recta patefcit fieri i iiii

Egocerotis

Quo pacto æstiuus e partibus egocerotis ^{Capricorn}
 Brumalis adeat fluxus: atq; inde reuertens
 Canteris ut uertas rictas ad solsticialis.
 Lunaq; mensibus ad spatium uideat obire.
 Annua sol in quo consumit tempore cursu.
 Nonnunq; simplex his rebus reddita causast. ^{no 193}

Democriti de sole.

Nam fieri uel cum primis id posse uidetur.

Democriti quod sancta uiri sententia ponit.

Quanto queque magis in terram sidera propter ^{kindama} ^{l' sint hnto}
 Tanto posse minus cum caeli turbine ferri. ^{suhra pp}

Euanescere enim rapidas illius & acris

Imminui subter uiris ideoq; relinqui.

Paulatim solem cum posterioribus ignis

Inferior multum quod sit q̄ feruida signa.

De lunæ cursu.

Et magis hoc lunam quanto demissior eius

Cursus abest procul a cælo terrisq; propinquat:

Tanto posse minus cum signis tendere cursum.

Flaccidior etiam quanto iam turbine fertur

Inferior: q̄ sol tanto magis omnia signa

Hanc adipiscuntur circum præterq; ferantur.

Propterea fit ut haec ad signum quodque reuertit

Mobilius uideatur ad hanc qua signa reuisunt:

Fit quoq; ut e mundi transuersis partibus aer

Alternis certo fluere altere tempore possit.

Qui queat æstiuus solem detrudere signis

Brumalis usq; ad flexus gelidumq; rigore.

Et qui reiiciat gelidis ad frigoris lmbis

Aestiferas usq; in partis & feruida signa.

Et ratione pari lunam stellasq; putandumst

Que uoluunt magnos in magnis urbibus annos

Aeribus posse alternis e partibus ire. ^{V aeris}

Nonne uides etiam diuersis nubila uentis:

Diuersas ire in partis inferna supernis.

Qui minus ille queant per magnos ætheris orbis.

Aestibus inter se diuersis sidera ferri:

Ac uox obruit ingenti caligine terras.

Ac ubi de longo cursu soluet ima caeli ^{sol exima}

Impulit atq; suos efflauit languidus ignis

Concussos itere & labefactos aere multo.

Flaccidior

Ier Iouis

Aut quia sub terras cursum conuertere cogit
Vis eadem: supraq; terras pertulit orbem
Tempore item certo rose amatura per oras
Aetheris auroram defert lumina pandit.
Aut quia solidem sub terras ille reuertens
Anticipat caelum radiis accendere temptans.
Aut quia conueniunt ignes & semina multa
Confluere ardoris conuerunt tempore certo.
Quae faciunt solis noua semper lumina gigni.

Ex De Ida uisio solis

Quod genus Idaeis fama est e montibus altis
Dispersos ignis orienti lumine cerni.

Inde coire globum quasi in unum & conficte orbem.
Nec tamen illud in his rebus mirabile debet
Esse: quod hec ignis tam certo tempore possit
Semina confluere & solis reparare nitorem
Multa uidemus enim certo quae tempore fiunt
Omnibus in rebus florescunt & tempore florem
Nec minus in certo dentes cadere imperat aetas.
Tempore & impubem molli pubescere ueste.
Et pariter mollem malis dimittere barbam.
Flumina postremo: nix: imbres: nubila uenti
Non nimis incertis fiunt in partibus anni.
Namq; ubi sic fuerunt causarum exordia prima.
Atq; ita res mundi cecidere ab origine prima.
Consequae quoq; iam rerum ex ordine certo.

De die longo & nocte breui

Crescere itemq; dies & tabescere noctes.
Aut quia sol idem sub terras: atq; superne

Imparibus currens anfractibus aetheris oras
Partit: & in partis non aequas diuidit orbem.
Et quod ab alterutra detraxit parte reponit
Eius inaduersa tanto plus parte relatus
Donec ad id signum caeli peruenit: ubi anni
Malus nocturnas exequat lucibus umbras.
Nam medio cursu flatus aquilonis & austri
Distinet aequato caelum discrimine metas.
Propter signiferi posituram totius orbis.
Anua sol in quo contunditur tempora serpens
Obliquo terras & caelum lumine lustrans.
Ut ratio declarat eorum qui loca caeli

Matuta

Flora

Flora

Flora

conficere

*fulmina
minus*

*Consequa nam
ra est*

est

*Notus
Nodus*

in quo

*Arbusta: et certo dimittit tem
pore florem =*

Consequa

*Et minus lucis cu sumat Aug
minis noctis =*

lucibus

Omnia dispositis signis ornata notarunt.
 Aut quia crassior est certis in partibus aer
 Sub terris ideo tremulum lubar hescat ignis
 Nec penetrare potest facile atq; emerge ad ortus.
 Propterea noctes hiberno tempore longe
 Cessant dum ueniat radiatum in signe diei.
 Aut etiam quia sic alternis partibus anni
 Tardius & citius consuerunt confluere ignes
 Qui faciant solem certa desurgere parte.
 Propterea fit uti uideantur dicere uerum.

De lunæ lumine

Luna potest solis radiis percussa nitere.
 Inq; dies magis lumen conuertere nobis
 Ad spetiem: quantum solis secedit ab ore.
 Donec eum contra pleno bene lumine fulsit.
 Atq; oriens obitus eius super edita uidit.
 Inde minutatim retro quasi condere lumen
 Debet. item quanto proprius tam solis ad ignem
 Inabitur ex alia signorum parte per orbem
 Ut faciunt lunam qui fingunt esse pilai
 Co. similem cursuq; uiam sub sole tenere.
 Est etiam quare proprio cum lumine possit
 Voluer & uarias splendore reddere formas.
 Corpus enim licet esse aliud quod fertur & una
 Labitur omnimodis occursans officiensq;
 Nec potis est cerni: quia cassum lumine fertur.
 Vertariq; potest globus ut si forte pilai
 Dimidia ex parte cadenti lumine tinctus.
 Versandoq; glebam uarianti sedere formas.
 Deniq; eam partem quæcunque est ignibus aucta.
 Ad spetiem uertit nobis oculosq; patentis.
 Inde minutatim retro contorquet & auferit
 Luciferam partem glomeraminis atq; pilai
 Ut Babilonis a chaldeam doctrina refutans
 Astrologorum artem contra conuincere tēdet.
 Proinde quasi id fieri nequeat quod pugnat uterque.
 Aut minus hoc sit cur amplectitur anlis.
 Deniq; cur nequeat semper noua luna creari
 Ordine formarum certo: certo certisq; figuris.
 Inq; die priuos ab oristi queque creata
 Atq; alia illius reparari in parte: locoq;.

globu. uariantis edere

+ babilonia

uiring.

illud stilio

aborri

Difficile est ratio docere: & uincere uerbis
Ordine cum ^{ca} certo multa creari.

De anni temporibus

Ic uer & uenus & ueneris prænuntius arte
Pennatus graditur zephyri uestigia propter.

Flora

Flora quibus mater præsargens ante uiai
Cuncta coloribus egregiis & odoribus opplet.

Aceres:

Inde loci sequitur calor aridus & comes una
Polluerunt acerres cressia fabra aquilonum.

Etesia flabra
Euchius Euum

Inde autumnus adit: graditur simul euchiis ^{cum} aenam.
Inde alia tempestates uentiq; sequuntur.

Etesia pau uios
at Echijs

Altitonans uolturnus: & anser fulmen pollens
Tandem brumaninos affert pigrumq; rigorem.

anser fulmine
ninus

Reddit hyems sequitur creditans accenti ^{bi} algi.
Quo minus est mirum si certo tempore luna

Algius Algi

Signitur: & certo deletur tempore rursus.
Cum fieri possint tam certo tempore multa.

cū florere qm
v flucere

Solis item quoq; defectus: lunæq; latebras.
Pluribus e causis fieri ti posse putandumst.

atm florum posent

Nam cur luna queat terram secludere possis
Lumine & a terris altum caput obstruere eius

Obiiciens cæcum radiis ardentibus orbem
Tempore eodem aliud fatere id non posse putes

Corpus quod cassum labatur lumine semper.
Solq; suos etiam dimmittere languidus ignis

Tempore cur certo nequeat: recreareq; lumen.
Cum loca præcerit flammis infesta per auras

Perin

Que faciunt ignis inter fligni atq; periri
Et cur terra queat lunam spoliare uicissim

coni plabit

Lumine: & oppressum solem super ipsa tenere.
Menstrua dum rigidas comperiabiliter umbras

Tempore eodem aliud nequeat subcurrere lunæ
Corpus uel supra solis per labier orbem.

Quod radios interrumpat: lumenq; profusum.
Et tamen ipsa suo si fulget luna nitore.

certa

Cur nequeat terra mundi languescere parte.
Dum loca luminibus propriis inimica peruexit.

coni plabit

Menstrua dum rigidas comperiabiliter umbras.
Quod super est quoniam magni per caerula mundi

Qua fieri quicquid posset ratione resolui.
De solis & lunæ effectione

Solis uti uarias cursus lunæq; meatus
 Noscere possemus quæ uis & causa ciceret
 Quo uē modo effecto lumine obire *postens et solent*
 Et neq; opinantis tenebris obducere terras
 Cum quasi conibēt (conniuent) aperto lumine rursus
 Omnia connisunt clara loca candida luce.

De nouitate rerum mundi

Et de dispositione que in eo sunt.

Nunc redō ad mundi nouitatem: & mollia terræ

Aruanouo foetu quid primum in luminis oras

Tolleret in certis credunt committere uentis.

Principio genus herbarum uiridemq; nitorem

Terra dedit circum collis camposq; per omnis

Florida fulserunt uiridanti prata colore.

Arboribusq; datumst uariis exinde per auras

Crescendi magnum immixtis certamen habenis.

Vt pluma atq; pili primum saetæq; creantur

Quadrupedum membris & corpore penipotentum.

Sic noua tum tellus herbas uirgultaq; primum

Sustulit, inde loci mortalia secla creauit.

Multa modis multis uaria ratione creata.

Nam neq; de caelo cecidisse animalia possunt.

Nec terrestria de falsis exisse lacunis.

Linquitur ut merito maternum nomen adepta

Terra sit e terra quom sunt cuncta creata. *quomam*

Multaq; nunc etiam existunt animalia terris

Imbribus & calido solis concreta uapore.

Quo minus est mirum si tum sunt plura coorta.

Et maiore noua tellure atq; æthere adulta

Principio genus alituum uarieq; uolucres

Oua relinquebant exclusæ tempore uerno.

Volliculos ut nunc teretis aestate cicade

Linqunt sponte sua uictum uictamq; petentes

Tum tibi terra dedit primum mortalia secla.

Multas enim calor atq; humor superabat in aruis

Hæc ubi quæque loci regio oportuna dabatur.

Crescebant uteri terram radicibus apti.

Quos ubi tempore maturo patefecerat æstas

Infantum fugiens humorem aurasq; petentes *petentes*

Conueniebat ibi natura foramina terræ

Et ut sucum uenis cogebat fundere apertis

Consimilem lactis sicut ^{nur} fiunt foemina quæque
Cum peperit dulci repletur: quod omnis
Impetus in mammas conuertitur illi ^{alimr} aliundi:
Terra cibum pueris uestem uapor herba cubile
Prebebat multa & molli lanugine abundans.
At nouitas nec frigora dura ciebat.
Nec nimios æstus: nec magnis uiribus auras.
Omnia enim pariter crescunt & robora sumunt.
Quare etiam atq; etiam maternum nomen adepra
Terra tenet merito: quoniam genus ipsa creauit
Humanum atq; prope certo tempore fudit
Omne: quod in magni bachatur montibus passim
Aerie simul uolucres uariantibus formis.
Sed quia finem aliquam pariendi debet habere
Destitit ut mulier spacio defessa uetusto.
Mutat enim mundi naturam totius æstas.
Ex alioq; alius status excipe omnia debet.
Nec manet ulla sui similis res: omnia migrant.
Omnia commutat natura: & uertere cogit
Namq; putrescit: & æuo debile languet
Porro aliud crescit: & contētilibus exit.
Sic igitur mundi naturam totius ætas
Mutat: & exilio terram status excipit alter.
Quod potuit nequeat; possit quod non tulit ante.
Multaq; cum tellus etiam portenta creare
Concitat mira facit membrisq; coorta
Androginem inter utras nec utranque utrunque remotū
Orba pedum partim manuum induata uicissim.
Multa sine ore etiam sine uultu caeca reperta.
Vinetaq; membrorum per totum corpus ad hæsū
Nec facere ut possent quicquam: nec cedere quoq;
Nec uitare malum nec sumere quod uolet usus.
Cætera de genere hoc monstra ac portenta creabat
Ne quicquam quoniam natura absterruit auctum
Nec potue captum ætatis tangere florem.
Nec reperire cibum ut uingi per ueneris res.
Multa uidemus enim rebus concurrere debere
Ut propagando possint procludere secla
Pabula primum ut sint genitalia deinde per artus.
Semina qua possint membris manare remissis
Foemina quæ ut in aruis coniugi possit habere

Lact

mūdi

ammas

H.

ex alio

conata est

viduata

potuer cupini
nec uingi

maribus

Androginem utriusq;
scem

Mutua qui metuent inter se gaudia uterque
 Mutaq; tum interiis animantum secla necessēst.
 Nec ^u Vepotuisse propagando procludere prolem.
 Nam quęcunq; uides uesti uitalibus auris.
 Aut dolus aut uirtus aut deniq; mobilitas est
 Ex inuente æuo genus id tuta retruanis. *r/irums*
 Multaq; sunt nobis ex utilitate sua quę
 Commendata manent tutele tradita nostrę.
 Principio genus ære leonum sæuaq; secla
 Tutast uirtus uolpes dolus: ut fuga ceruos / *leuis omnia*
 At leuis omnia canum fido cum pectore corda.
 Et genus omne quod est ueteri non semine partim.
 Lanigereq; simul pecudes & bugera secla
 Omnia sunt hominum tucela tradita memmi.
 Nam cupide fugere seras parēmq; secuta q;
 Sunt & larga suo sine pabula parta labore
 Quaedam utilitatis eorum premia causa
 Ac quis in horum tribuit natura. nec ipsa *mi*
 Sponte sua possent ut uiuere nec dare nobis
 Vtilitatem aliquam quam pateremur eorum
 Presidio nostro pasci genus esse que tutum
 Scilicet hæc aliis præcide lucroq; iacebant *prædæ*
 Indupedita suis fatalibus omnia uinclis
 Donec ad interitum genus id natura redegit.

De centauris

Sed neq; centauri fuerant. nec tempore in ullo
 Esse queunt duplici natura & corpore bino
 Ex alienigenis membris compacta potestas. *pinus*
 Hinc illinc paruis ut non sit pars esse potissit *paribus & parns*
 Id licet hinc quis hebeti cognoscere corde
 Principio circum tribus actis impiger annis
 Floret æquus puer haud quāq; saepe etiam nunc *ita*
 Vbera in animarum in somnis lactantia quæret. *māmaru*
 Post ubi æquum ualidate uires ætate senecta
 Membraq; deficiunt fugienti languida uira /
 Tum dentum puerili æuo florenta iuuentas
 Officit & molli uestit lanugine malas
 Ne forte ex homine & ueterimo semine equorum
 Confieri credas centauros posse neq; esse.

De Scylla

Aut rapidis canibus succintas semi marinis

Leuisomnus
Buera sacra

Iuuentas
ueteri semine Equi
Confieri

Corporibus scyllas & cætera de genere horum
 Inter se quorum discordia membra uidemus.
 Que neq; florescunt pariter: nec rebõra sumunt
 Corporibus: neq; proficiunt ætate senecta.
 Nec simili uenere ardescunt: nec moribus *imis imis*
 Conueniunt: neq; sunt eadem iocunda per artus.
 Quippe uidere licet pinguescere sæpe cicata
 Barbigeras pecudes hominiqu^{est} est acre uenenum.

Barbigeras pecudes

ignia

De terra chimera

Flamma quidem cum corpora uulua leonum
 Tam solcat tonere: atq; urere. quia genus omne
 Visceris in terris quodcunque & sanguinis extet.
 Que fieri potuit triplici cum tempore ut unam
 Prima leo. postrema draco. media ipsa chimera
 Ore feras arem flaret de corpore flammam.
 Quare etiam tullure noua caeloq; recenti
 Talia qui fingunt potuisse animalia gigni.
 Nixus in uno nouitatis nomine mani
 Multa licet simili ratione effuciat ore.
 Aurea tum dicat per terras flumina fulgo *vulgo*
 Fluxille: & gemmis florere arbuta fuisse.
 Aut hominem tanto membrorum esse impete natum
 Transmaria alta pedum uisus ut pondere posset.
 Et manibus totum circum se uertere caelum.

at ardua

corpore

hoc

Effuciat ore

ypocrite

De aqua seu uoce et noib: reru: l. de simplicitate pferu:

Nam quod multa fuere in terris semina rerum
 Tempore quo primum tellus animalia fudit.
 Nihil tamen est signi mixtas potuisse creari
 Inter se pecudes cõpactaq; membra animantum.
 Propterea quia que de terris nunc quoq; abundant
 Herbarum genera ac fruges arbutaq; læta
 Non tamen inter se possunt complexa creari.
 Sed si queque suo ritu procedit: & omnes
 Foedere naturæ certo discrimina seruant.
 Et genus humanum multo fuit illud in aruis
 Durius ut decuit tellus quod dura creasset.
 E maioribus & solidis magis ossibus intus.
 Fundatum ualidis aptum per uiscera neruis.
 Nec facile ex aestu nec frigore quod capetur
 Nec nouitate cibi: nec labi corporis ulla.
 Multaq; per caelum solis uoluentia lussa

Labi

Nec Robustus erat Curui moderator Avary

Volgiuago mor

Volgiuago uitam tractabunt^a more ferarum.
 Nec robustus erat curui moderator aratri.
 Quicquam nec solbat ferro molliter arua.
 Nec defodere in terram uirgulta: neq; altis *noua*
 Arboribus uetes decidere falcibus ramos.
 Quod sol atq; imbres dederant quod terra crearent
 Sponte sua satis id placabat pectore donum
 Glandiferas inter curabant corpora quercus.
 Plerumq; & que nunc hyberno tempore cernis.
 Arbuta puniceo fieri matura colore
 Plurima tum tellus etiam maiore ferebat.
 Multaq; præterea nouitas tum florida mundi
 Pabula dira tulit mîstris mortalibus ampla *miseris*
 At sedare sitim fluuii fontesq; uocabant.
 Ut nunc montibus emagnis decursus aquai
 Claritati a te sitientia secla ferarum. *claricitatiam*
 Deniq; nota uagis siluestria templa tenebant
 Nimpharum quibus aestibant humore fluenta *exibant*
 Lubrica pro lunc larga lauere humida saxa. *proluuio*
 Humida saxa super uiridi stillantia musto
 Et partim plano statere atq; erumpere campo.
 Nec dum resigni scribant tractare: neq; uti
 Pellibus & spoliis corpus uestire ferarum
 Sed nemora atq; cauos montes siluasq; colebant.
 Et frutices inter condebant squalida membra
 Verbera uentorum uitare imbrisq; coacti.
 Nec commune bonum poterant spectare: neq; ullis
 Moribus inter se sciebant: nec legibus *un*
 Quodcunq; obtulerat prædæ fortuna satebat. *feribat*
 Sponte sua sibi quisque ualere & uiuere doctus.
 Et uenus in siluis iungebat (iungebat) corpora amantum
 Conciliabat enim uel mutua quamque cupido.
 Vel uiolenti uiri uis atq; impensa libido.
